

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Decisio CXVIII. Visitator electus ad visitandam Ecclesiam qjusque clericos,  
non habet jurisdictionem super canonicos, maximè si sunt immediatè  
subjecti Sedi Apostolicæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO CXVIII.

Visitator electus ad visitandam Ecclesiam ejusque clericos, non habet jurisdictionem super canonicos, maximè in poenalibus, nec potest illos excommunicare, maximè si sunt immediate subjecti Sedi Apostolicæ.

*Decis. 496.  
par. 14.  
recent.*

R. P. D. Albergato.

Spiren. censurarum.

Luna 28. Iunii 1666.

## SUMMARIUM.

- 1. Canonici, sive Parochi, qui personaliter citati non se subiiciunt visitationi, privantur beneficio, & incident in censuras.
- 2. Censura ex defectu jurisdictionis sunt nulla.
- 3. Visitator deputatus ad visitas Clericos, aliosque Ecclesia ministros Laicos, non potest censurare in dignitate Ecclesiastica constitutos, quia sub eorum nomine non veniunt dignitatis.
- 4. Sententia excommunicationis absque citatione personali, est nulla, & invalida.
- 5. Visitator Regius debet abstinere ab ex-
- communican. Capitulum Sedi Apostolicae subiectum, tanto magis praecepit appellatio ad Pontificem. Quod amplius, ut num. 6.
- 9. A decreto excommunicationis, non datur appellatio.
- II. Quod limita, & declara, ut num. 10. Arbitrium non intrat in communionem cum clausula parito, signanter post executas sententias.
- 12. Clausula arbitrio si sententia est nulla, suffragatur ad retardandam, illam que revocandam.

A visita-

**A** Visitatoribus per Ordinarium Spiren. deputatis ad visitandam insignem Collegiatam Beatae Mariae Virginis & Sanctorum Petri & Pauli, Oppidi B  
rato Bruxalen. Arnaldus Baro de Ferenz. Scholasticus, qui circatus personali-  
ter visitatione non subjecit, non solum perceptione fructuum Scholastriae privatus,  
sed etiam per sententiam excommunicationis, & demum beneficis privatus  
fuit. Ceterum cum ipse à secunda sententia privationis fructuum infra legitima  
tempora ad Sanctissimum appellasset, commissa mithi uite causa appellationis cum  
clavulula parvo censuris arbitrio Rota, dubium ad formam commissionis proposui, &  
DD. proponit paritione arbitrium intrare censuerunt, ex pluribus enim censuras nulli-  
ter relaxatas fuisse, visum est, & primo ex defectu jurisdictionis erant enim aucto-  
ritate ordinaria deputati, ad visitandam Ecclesiam, resque & singulos eisdem Ec-  
clesie beneficiatos, & Sacerdotes, & Clericos, aliosque ejusdem ministros Laicos,  
quorum appellatione in penalibus dignitates non continentur, ut per Bero. consil. 3.  
num. 29. in princip. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 9. num. 26. & seq. cum relatis per Barbos. de  
appell. verb. Appell. 51. sub num. 3. vers. secus vero. Rota decif. 592. numero 2. par. 1. divers. &  
deducitur in Nullius, seu Invenientur jurisdictionis: 10. Ianuarii, 1664. coram Re-  
verendissimo Ninat. Episcopo Gerenden.

Altera nullitas ex defectu citationum resultat, aliae enim non fuerunt executae, a-  
lia circumducta remanserunt, aliae non cadebant sub diebus, in quibus sententia  
prolatæ fuerunt, ut in summario Arnaldi num. 6. & sententia excommunicationis sine  
citatione personali promulgata fuit, unde inevitabilis nullitas resultat, quia tali cita-  
tione non precedente excommunicatione pena omnium gravissima infligi nequit. Fe-  
din. in cap. cum si Romana 5. num. 13. de appellat. Grat. dispe. 559. numer. 14. Rota decif. 176.  
num. 10. coram Buratt. & in recent. decif. 48. num. 18. par. 4. som. 2.

Quibus accedit tertio, cum ad excommunicationem processum fuerit postappel-  
lationem ab Arnaldo interpositum, de qua visitatione notitiam habueraut, ut depo-  
nunt testes in summario Arnaldi num. 6. & quidem cum expressa causa, & ratione, &  
quod Capitulum immediate Sedi Apostolicae subiectum erat, ob cujus reverentiam  
ab excommunicatione visitatores abstinere debuissent. Cho. kier de jurisdic. Ordina-  
rii in exem. par. 2. que s. 14. n. 6. in terminis Rota in Leopolen. censurarum, 27. Ianuarie  
1645. § parvus coram Reverendiss. Domino meo Decano, quamvis appellatio non in ju-  
dicio, sed extra judicialiter fuerit interposita, Scacc. de appell. quaff. 17. l. m. 22. m. 55.  
Sair. de censur. lib. 1. cap. 16. num. 23. & postea pro parte Arnaldi de hujusmodi exem-  
ptione specialiter dictum non fuerit, quia interim supercedens. & illi præfigentes erat  
terminus ad allegatam exemptionem coram probis viris justificandam, ut disponitur  
in constitutione Bonifacii VIII. quam ad verbum recenter Chockier d. irat. par. 1. que  
3. num. 10. Euse. de visit. lib. 2. cap. 20. num. 6. ut quod in praxi visitatores hoc primaria  
respicere debent, & post Innocent. Sair. de censur. lib. 1. cap. 16. num. 17.

PPP

Nec

- 9 Nec adversatur quod à decreto visitationis appellatio suspensiva non admittatur, quoniam id locum habere potest, quando extra judicialiter processum fuit, lecasum quando præ viis citationibus, & firmato processu visitatores procedunt, tunc enim à sententia diffinitiva admittitur oppositio, *Leo Thesaur. sive Eccles. part. 2. num. 77. Grat. decis. 188. num. 3. § 4. vers. secundum si vult cum pluribus relatis per Barbo de potestate Episcopi, par. 3. alleg. 73. num. 32. vers. sed si Episcopo firmato processus, & num. 33.*
- 10 Prout non relevat, quod post executas sententias, & quando in commissione est clausula parito, non intrer amplius arbitrium. Nam hoc intelligi debet, quando sententiae sunt valide, & justæ, secus autem stante illarum nullitate, quia tunc clausula arbitrio ad retardandam ulteriorem exemptionem suffragatur, & censura revo- cari possunt, *Rota coram Cocc. decis. 177. num. 1. & coram Penia decis. 1309. num. 3. § 4.*  
Et ita utraque, &c.

Ad partis 5. Quæst. 14.

## D E C I S I O C X I X .

Monialis translata ad aliud Monasterium poenitentia causâ, non desinit esse filia prioris Monasterii, & quidquid acquirit, cedit priori Monasterio, securi translatio fuerit facta ad effectum ut fiat filia lecundi monasterii, & ex quibus id colligatur.

*Decis. 109.  
par. 2. 78-  
ant.*

R. P. D. Litta.

Romana fidei commissi de Vecciis.

Veneris 20. Februarii 1604.

S U M M A R I U M .

- 1 Monasterium post emissam monachi professionem habet fundatam inten- tionem in omnibus, quæ ad monachum deferuntur,

*Altor*